UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Morte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

Visual Library

nt, vt cuilibet iudici, ſuus pœnæ modus relinquatur. Nam iudicia Eccleſiaſtica puniunt verbo, & excommunicatione ab Eccleſia. At merè politici Magiſtratus, puniunt gladio alijsq; legitimis modis. Ideò in adulteros & deſertores malicioſos, grauiter debent animaduertere, vt extet iudicium Dei contra tales violatores Matrimoniorum, & diſciplina, & honeſtas magis colantur. Nam negligentia Magiſtratuum, omnis generis peccata creſcunt. Nimis leues chirurgi, vt vulgo di itur, faciunt putrida vulnera. Vitanda igitu ſunt in pijs & iuſtis imperijs, vtraq; extrema, cr delitas nempe, & lenitas nimia.

Promulga io ſententiæ, ſit ſolennis & publica, in qua diſert pars rea damnetur, atq; innocens abſoluatur, ta ei poteſtate, vt alij poſſit iungi matrimonio leg imè. Huic verò promulgationi, non modo in roferendo, ſed etiam in exequendo, ſua ſit & nſtet autoritas. Nam ſi potentiores ſeſe opponant, Deo iuſticiæ repugnant, grauioresq; pœnas, ſibi & ius accerſunt.

Nunc in ſpecie ad caſus, ſeu ca diuortiorum, generalia illa applicanda ſunt, vt ſint illuſtriora.

DE MORTE.

Mors coniugis, eſt vel certa vel incerta. Si certa eſt, & cognita hominibus eius loci, vbi altera perſona viuit, nullo iudicio prorſus opus eſt. Nam lex Dei plana publiceq́; nota eſt, quod mortuo coniuge, perſona ſuperſtes habeat libertatem, cum alia legitimè matrimonium ineundi Rom. 7. 1. Corinth. 7. Alia tamen res ſperet, ſi viua perſona eſſet coniugicida, idq́; manifeſtiſſimis argumentis conuinci poſſet. Nam ibi Magiſtratus, ſuo vteretur gladio. Si verò coniugicida ob circumſtantias aliquas tole areτur à Magiſtratu, non poſſet ei denegari cop latio cum alia perſona, ſicut & alij homicid idem eſſet permittendum, verùm non ſine pu lica pœnitentia, vt ſcandalum Eccleſiæ datu tolleretur, & pœnitens in Eccleſiæ ſocietate recIperetur.

Sin verò mors coniugis t incerta, ipſa neceſſitas cogit, veritatem rei nueſtigare, ac teſtimonia mortis liquidiſſima dferri, nihilq́; præcipitanter in rebus tantis atuere vel ſuſcipere. Etſi igitur fama a qua ſonat de obitu coniugis, in prælio aliquo vel profectione longinqua, & ſunt quidam ij terra, qui id affirment, tamen etiam at tium videndum eſt, an teſtes illi ſint ſide digni, & certiora teſtimonia inquirenda ſunt, iuſtumq́; tempus expectandum, quo veritas magis innoteſcat. Habenda enim eſt ratio iuſticiæ, honeſtatis, & bonæ conſcientiæ.

Porrò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Porrò piè & grauiter à Paulo dictum eſt, Nubat, modo vt in Domino. Permittit quidem vxori, marito defuncto, coniugium cum alio viro, Sed vult, vt in Domino hoc ſiat, hoc eſt, in timore & inuocatione Dei, ne impijs aut Idololatris ſeſe iungat, Sed pium maritum expetat, ne ſeſe in periculum animæ conijciat, ſicut filiæ & filij huius ſeculi, magis pulchritudinem, robur corporis, voluptates, opes, dignitates ſpectant & ambiunt in matrimonijs, quàm pietatem. Deinde ſine dubio, & honeſtatis leges vult Paulus coniuges, extincto vitæ ſocio, ſequi, vt aliquod ſaltem tempus luctus obſeruetur, cuilibet genti vſitatum, ne priusquam coniunx in ſepulchro friguerit, vt vulgo dicitur, cum alio fiat conſociatio atq; commixtio. Non autem habet illud tempus luctus, certas metas aut leges, ideo nullius conſcientia eſt grauanda, ſi propter cauſas graues, citius cogatur ſibi de coniuge, honeſto tamen modo, proſpicere, quàm ſit quorundam conſuetudo. Ad minimum tamen ſemeſtre, aut quadrantem anni, differri nouum matrimonium decet.

DE ADVLTERIO.

Differunt ſtupra, fornicationes, inceſtus, adulteria. Stupra ſunt, quæ virginibus, aut vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN